

pena non incurritur per actum bonum; non potest autem ad matrimonium legitime contracto est pena. (Excipit tamen Sylvius in hunc art. eum qui in necessitate baptizaret filium ex fornicatione susceptum; si enim incurritur impedimentum dirimens, ideoque non potest contrahere cum sua concubina.)

Idem iudicium est, si contingat, parentem filium baptizare, vel tenere filium suum, si per ignorantiam inculpata hoc faciat, quia nec ibi culpa intervenit: sine culpa autem non privatur quis iure petendi debitum, Cap. *Discretionem* tit. de eo qui cognovit consanguineam uxoris. Et Cap. *Si viri* tit. de cogitatione spirituum.

III. Circa secundum quæsitum, Dico, quod per duo tantum sacramenta cognatio spiritualis contrahitur, nimirum Baptismus, & Confirmatio. Ita S. Thom. citato loco, art. 2. cuius rationem dat ibi ad 1. Sic: *Duplex est nati- vitas. Prima in utero, in qua adhuc id quod natum est, est adhuc inchoatum, ut non possit extra capui sua pericula: Et hinc nati- vitatis assimilatur regeneratio per Baptismum, in quo regeneratur aliquis quasi adhuc fovendus in utero Ecclesie. Secunda est nati- vitas ex utero, quando jam quod natum est in utero, cau- ram corroboratum est, ut possit sine periculo exponi exterioribus, qua nota sunt corumpere. Et hinc assimilatur Confirmatio, per quam homo reboratus exponitur in publicum ad confessionem no- menis Christi. Et ideo congrue per utrumque istorum sacra- mentorum contrahitur spiritualis cognatio.*

IV. Olim quidem, ut dicit S. Thom. ibi, ex Catechismo precedente baptismum oriebatur impedimentum secundum ali- quos dirimens, secundum alios tantum impediens. Sed pri- mum rejicit S. Thom. ibi in Corp. quia Catechismus non est sacramentum, sed sacramentalis. Secundum autem S. Th. ad 3. admittit comparans Catechismum cum sponsalibus. Unde sicur in sponsalibus contrahitur quidam modus propinquitatis, ita in Catechismo ad minus impediens contrahendum, ut quidam di- cunt.

V. Dubitatur de sacramento Pœnitentiæ, an confessarius contrahat cognationem spirituales cum penitente, quæ proin- de dicitur ejus filia spiritualis. — Respondet tamen S. Th. confessarius propter non contrahere cognationem spirituales cum filia spirituali penitente, quia, ut dicit ibi ad 9. *Pater spiritualis dicitur ad similitudinem patris carnalis, pater autem carnalis tria dat filio, esse, nutrimentum, & instructio- nem. Et ideo spiritualis pater aliquid dicitur ratione aliquid- rum tribus. Tamen ex hoc quod est spiritualis pater non ha- bet spiritualium cognationem, nisi conveniat cum patre quantum ad generationem per quam est esse. Si tamen pater spiritualis carnaliter filia spirituali commiseretur, efficitur tantum in confessione aperienda, quia scilicet notabiliter aggravans.*

VI. Inter quas autem personas contrahitur cognatio spiri- tualis in Baptismo, & Confirmatione, si spectemus jus anti- quum contrahitur inter baptizatum, & susceptorum, inter susceptorum invicem, inter baptizatum, & filios baptizantis, vel susceptoris. Sed si attendatur jus novum contrahitur tan- tum inter baptizantem, & baptizatum, ejusque parentes, & inter suscipientem, vel suscipientes, & baptizatum, ejusque parentes, & similiter in Confirmatione. Ita enim statuit Tri- dentinum, sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 2. his verbis: *S. Synodus... Statuit, ut unus tantum, sive mulier juxta sacrorum Canonum instituta, vel ad summum unus, & una, baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos, & baptizatum ipsum, & illius patrem, & matrem, nec non inter bap- tizantem, & baptizatum, baptizantemque patrem, & matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Et infra: Ea quoque cognatio, qua ex confirmatione contrahitur, confirmationem, & confirmatum, illiusque patrem, ac matrem, ac tenentem non excedatur: omni- bus inter alias personas hujus spiritualis cognationis impedi- menta omnino sublatis.*

VII. Dubitari solet: an si quis procurator nomine susci- piat aliquem et facti solet, vel in confirmatione, cognatio- nem spirituales contrahat.

Respondetur negative. Quia Tridentinum citato loco dicit, quod si alii ultra desuper baptismum suscipiant, cognationem spirituales nullo pacto contrahant. Procurator autem est ultra designatus, cum designatur principalis. Ita refert Emanuel S. respondisse Sac. Congreg. Card. Sacri Concilii interpretum.

S. II.

De cognatione legali.

VIII. Cognatio legalis est propinquitatis quædam personarum ex adoptione procedens. Ita S. Thom. quæst. 57. Supplem. art. 2. Adoptio autem ut ibi docet, art. 1. est: *Extranea per- sona in filium, vel nepotem, vel deinceps legitima assumptio. Adoptio autem alia est perfecta, per quam adoptatus transit in potestatem adoptantis, eique tanquam filius naturalis succedit, quæ proprio nomine vocatur *Adrogatio*. Altera imper- fecta per quam adoptatus non transit in potestatem adoptan- tis, & dicitur *simplex adoptio*. Priori adoptione adoptari potest solus is, qui sit sui juris, & sola auctoritate Principis, ac cum certis verbis. Posteriori autem etiam qui non sui juris, & sola auctoritate magistratus, ac sine verbis. Et sic ad- rogatio non succedit in bonis adoptantis, nec tenetur ei adhibere aliquid de bonis suis in testamento dimittere, nisi velit. Ita S. Thom. cit. art. 1. ad 1.*

IX. Dico ergo: adoptio, præferim perfecta, inducit cognationem legalem, & consequenter impedimentum dirimens. Probo ex S. Thom. art. 2. ubi ait: quod *Lex divina illas præ-*

cipue personas a matrimonio excludit, quas necesse erat cohabitare, ne, ut Rabbi Moses dicit, si ad eas liceret uti carnali copula, facile pateret concupiscentia locum, ad quam exprime- dam matrimonium est ordinatum. Et quia filius adoptatus con- versatur in domo patris adoptantis sicut filius naturalis, ideo legibus humanis prohibetur ut inter tales matrimonium contra- hi. Et talis prohibitio est per Ecclesiam approbata. Et inde est, quod legalis cognatio matrimonium impedit.

Dubitant aliqui, an etiam adoptio imperfecta inducat cog- nationem legalem, & per consequens impedimentum dirimens. Probabilis tamen cum Silvestro, Dominico Soto, & alio credo; solum adoptionem perfectam esse impedimentum. Cui consentit S. Th. tum in Corp. hujus art. 2. tum ad 1. & 4. quia ista solum inducit cohabitationem adoptati in domo ado- ptantis, quæ est ratio ob quam impedimentum contrahitur.

X. Quoniam autem hoc impedimentum extenditur, Dico: primo; in linea recta ascendenti, & descendenti diri- mense usque ad quartum gradum inclusive. Unde irritum foret matrimonium adoptantis cum adoptata, nec non cum ejus posteris usque ad quartum gradum. Secundo; in linea latera- li dirimit in primo affinitatis gradu; unde adoptatus non po- test nubere cum filia, nec adoptata cum filio adoptantis. So- luta tamen adoptione, puta, vel patre mortuo, vel filio ado- ptivo, & filia naturali emancipata, cessat impedimentum. Tertio; inter adoptantem, & uxorem adoptati, vel adopta- tum & uxorem adoptantis, perpetuum est impedimentum etiam soluta adoptione, sicut etiam in linea ascendenti, & descendenti. Sed hæc ad Juristas.

DUBIUM VI.

De impedimento criminis, & disparitatis cultus.

S. I.

De crimine.

I. Sanctus Thomas, quæst. 60. Supplem. postquam art. 1. do- cuit, virum non posse propria, ac privata auctoritate uxorem, etiam adulteram, immo & in actu adulterii depre- hensam, occidere: Et licet leges civiles ejusmodi facinus non puniant, Ecclesia tamen ab homicidio reatu eum non absol- vit, & a pena æterna, ait enim: *Sed lex civilis quasi li- titium putat, quod in isto actu eam interficit, non quasi præcipiens: sed quasi ponam homicidium ei non instigans, propter maximum incantamentum, quod habet vis in tali fa- cto ad incantamentum uxoris. Sed Ecclesia in hoc non est ad- stricta legibus humanis, ut iudicet, cum sine reatu pena æter- na, vel pena Ecclesiastica iudicia instiganda, ex hoc quod est sine reatu pena instiganda per iudicium sæculare. Et ideo in nullo casu licet viro occidere uxorem propriam adulteram, immo, art. 2. dicit quæst. docet, uxoricidium ex quacumque causa, five adul- terii, five odii, five rixæ esse impeditum alterius matri- monium impediens, si et aliam uxorem ducat, peccare con- tra leges, Cap. *Interficeris*, & Cap. *Admonere* 35. quæst. 2. quævis valeat matrimonium. Possit tamen per Ecclesiam dis- pensari, ut etiam licet contrahat, immo nunc etiam abque dispensatione posse contendunt aliqui.*

II. Crimine ergo, quod ad impedimentum dirimens pertinet, duo crimina complectitur, nempe, homicidium, & adul- terium: ita tamen, ut non-cessante esse simpliciter dirimen- dia, nisi fuerint certo modo facta.

III. Primum ergo casus est. Cum adulter procurat mortem conjugis suæ, vel mariti adulteræ, ut cum adultera conju- gium celebrare possit: Vel e contra si adultera procuret mor- tem viri sui, vel uxoris adulteri, ut adulterum in maritum accipiat ut habetur, Cap. *Super hoc* de eo, qui duxerit in matrimonium, quam polluerat per adulterium, & intelligit- ur, si mors revera sequatur. Hunc casum statuit S. Th. hoc art. 2. Qui tamen casus intelligendus est, si occisio facta fuerit eo fine, ut matrimonium cum ea contraheretur, quæ polluta fuerat adulterio, & particeps fuit tum adulteri, tum homicidii; si enim quis occideret conjugem suam, vel alter- ius, ut possit contrahere matrimonium cum ea; quæ non sunt particeps adulterii, vel homicidii, non est impedi- mentum dirimens.

Ex his sufficere posse videtur matrimonium Davidis cum Bersabæ. Nam Bersabæ in adulterium quidem consentit, sed in mortem viri nullo modo legitur machinata. David autem adulterio adjuvit quidem homicidium Urie, sed non est cer- tum, an eo animo, ut uxore ejus possideret. Nam etiam sepe factio adulterium tegetur.

IV. Secundus casus est. Cum perpetratur adulterium cum promissione matrimonii post conjugis adhuc viventis obitum celebrandi. Ita Conc. Tridentine, anno 895. Can. 40. Re- quiritur tamen, ut promissio a consuprata, verbo, aut alio signo externo fuerit acceptata, vel ut ait Concilium, iura- mento mutuo confirmata.

V. Tertius casus est. Si de facto adulteri inter se con- traxerunt viventibus prioribus conjugibus, & nuptias consum- marunt, hæc enim alteram potest, & mortua legitima uxore, decere non potest. Ita Alexander III. Cap. *Ex litterarum*, De eo qui duxit in uxorem quam polluit. Ite tamen casus, sicut & præcedens, locum habet, si uterque adulter confectus erat vite conjugis alterius. Alioquin fit uterque, vel alter bona fide existimavit, legitimam priorem comparat esse mortuam, ut si postquam fe deceptum dicitur a cohabitante recesserit; matrimo- nium

nium non est irritum, ut ex eodem Alexandro III. Cap. *Ve- nitus* & Cap. *Proposuit*, De eo qui duxit &c.

VI. Quartus casus est. Si etiam abique adulterio, in mor- te alterius conjugum procuranda convenerint tum vir, quam femina, qui inter se conjugium inire cupiunt; ut habetur, Cap. *Laudabilem* de conversione infidelium. Quod intelligit- ur, etiam si mors fecuta fuerit per tertiam personam, nam tunc etiam illa tertia persona, quæ interfecit, nubere non potest cum conjugis occisi. Ad hoc tamen requiritur, Primo: quod uterque in occasione procuranda convenit, nam si al- ter tantum homicidium procuravit, altero inficio, nec adu- lterium præcessit, non dirimitur matrimonium. Secundo: quod interfecit fuerit ex proposito facta. Nam si vel casu, in bello alius alium occiderit; interfecit non prohibetur ducere uxorem interfecit.

VII. Notandum tamen est, quod iura, quæ loquuntur de impedimento uxoricidii, sunt intelligenda etiam de viricidio. Secundo: quod adulterium nudum non impedit, quo minus inter adulteros validum iniri possit matrimonium, si aliunde nihil obstat, quia Canones statuentes, ut nemo ducat in ma- trimonium eam, quam polluit adulterio 31. q. 1. Cap. *Nulius*, & Cap. *Illud* prohibent ejusmodi matrimonium; sed non de- ceantur esse irritum. Unde validum fuit matrimonium David cum Bersabæ, ut diximus. Tertio: quod hoc impedimentum est juris Ecclesiastici, ideoque dispensationem admittit.

S. II.

De cultus disparitatis.

VIII. Disparitatem cultus, si præcedat matrimonium, im- pedire illud contrahendum, & diffinere contra- ctum, docet S. Th. q. 59. Supple. art. 1. Quia (inquit) *prin- cipaliter matrimonium bonum est propter ad cultum Dei educanda. Cum autem educatio hæc communiter per patrem, & matrem, uterque secundam fidem suam intendit ad cultum Dei prolem educant. Et ideo si sint diversæ fidei, intentio unius, alterius intentionis contraria erit: & ita inter eos non potest esse conveniens matrimonium. Et propter hoc disparitatis cultus præcedens matrimonium impedit ne contrahi possit.*

IX. Porro cultus, seu religionis disparitatis non vocatur hic, qua unus est fidelis, & catholicus, alter hereticus, sed qua unus est baptizatus, alter non. Quia ut ait ibid. *Matri- monium est sacramentum. Et ideo quantum pertinet ad necessi- tatem sacramenti requiritur paritas quantum ad sacramentum fidei, scilicet Baptismum, magis quam quantum ad interversum fidem. Unde etiam hoc impedimentum non dicitur disparitatis fi- dem, sed cultus disparitatis, qui respectu exteriori servitium... Et propter hoc si aliquis fidelis cum heretico baptizatus matrimonium contrahat, verum est matrimonium, quævis peccet contrahen- do, si sciat, eam hereticam: sicut peccat, si cum eorum commu- nista contraheret; non tamen propter hoc matrimonium dirimeretur. Et e contra si aliquis Catholicanus habens relictam fi- dem, sed non baptizatus cum aliquo fidelis baptizatus contraheret, non esset verum matrimonium. Ex quibus patet matri- monium catholicum cum heretico, vel e contra validum esse, licet illicitum. An autem sit etiam sacramentum, vel an sacra- mentum evadat, cum hereticus ad fidem converteritur, viden- da sunt; quæ diximus supra q. 2. dub. 3. S. 2.*

Dicunt etiam, si præcedat. Disparitatis enim cultus matri- monium superveniens, non per se dissolvit illud ut docet S. D. hæc, q. 59. a. 5. & non diximus supra, q. 5. d. 4. quo mltro Stuo- diosum. Quia tamen de hoc varia sunt discutenda, ideo sit.

DUBIUM VII.

De Matrimonio fidelium cum infidelibus fuerint semper prohibita, & que iura?

S. I.

De Matrimonio Iudæorum cum Gentilibus?

I. Dico. Matrimonia Iudæorum sub lege Mosaicæ cum gen- tilibus fuerunt jure naturæ, ac divino illicita, non tamen invalida. Prior pars prob. Nam jus naturale, ac divinum dicitur, omnibus modis vitandum esse periculum peccati: tale autem periculum fuit, & est ex matrimonio fidelis cum infi- deli, nempe subversio: tum propter mutuum amorem con- jugum, tum propter familiaritatem, & carissimum, immo con- tinuam conversationem, ut vel uno sapientissimi Salomonis exemplo ostendi potest, cuius cor deprecatur, est per mulierem, ut sequitur *Deo alieno* 3. Reg. 11. Propeterea Deus in veteri lege eis prohibuit, Exodi 34. v. 16. *Nec uxorem de filiabus co- rum accipiet filius tuus, ne postquam ipse fuerit fornicata, for- nicari faciat & filius eius in Deo suus.* Idem præceptum re- novavit Deus, Deut. 7. v. 9. ubi de septem gentibus quas ibi recenset: *Neque (inquit) sociabitur cum eis conjugia: filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipiet filio tuo, quia se- ducet filium tuum, ne sequatur me &c.* Idem 1. Esdræ 9. v. 1. & 2. Esdræ 13. v. 25. ubi ad convincendos Iudæos, ne miscerantur cum alienigenis, affert propheta perniciem Salomonis.

II. Sed dices primo. *Deuter. 21. v. 10.* dicitur: *Si egressus fueris ad pugnam contra inimicos tuos... ut videris in medio captivorum mulierem pulchram, & adamaveris eam... erit u- xor tua.*

Secundo. Joseph contraxit cum Ægyptia. Sampson cum Dalila Philistæ, Esther cum Assuero Gentilibus; ergo &c.

III. Respondeo ad hæc. Ex S. Thom. quæst. 59. citata, art. 1. ad 1. & 2. Quod in aliquibus circumstantiis permittum erat in lege veteri inire conjugia cum infidelibus, quod erat generaliter prohibitus, quando nimirum nullum erat pericu- lum, ne fideles, aut ejus liberi perverterentur, sed potius spes erat, ut infidelis veniret ad fidem. Unde S. Thom. ad 2. illud *Deuter. 21.* explicat de captiva, quæ ad fidem, & cultum Dei converti volebat. Sic ad primum dicit, conjugium Moylis cum Ægyptia fuisse permittum, quia cum infidelis, ut ex hoc occa- sione abierat. Sic Simphonis cum Dalila, & Esther cum Assuero, ut suam gentem a tyrannide impii Aman liberaret. Uno ver- bo: Ubi erat periculum subversiois lex prohibebat; ubi non erat, Deus tolerabat.

IV. Secunda vero pars prob. Nam conjugia hebræorum cum mulieribus alienigenis scriptura reprehendit quidem, hæc ena- non vocat fornicationes, seu adulteria, nec mulieres Chan- nez, aut Ammonitides vocantur fornicariae, aut adultere, im- mo absolute dicuntur uxores. Unde, 3. Reg. cap. 11. post- quam recensita sunt conjugia Salomonis cum feminis Mos- abitis, Hæthæis, Chananzæ, & Ammonitidibus, statim subi- citur: *Et fuerunt ei uxores quasi Regine septingente, & con- cubine trecentæ. Immo Robam filius ejus ex Ammonide successit ei in Regno tanquam legitimus. Accedit quod nul- libi in veteri lege adeo præceptum decernens talia matrimo- nia irrita. — Quod enim legitur, 1. Esdræ, cap. 9. & 10. quod Esdras iussit separari filios Israel ab uxoris alienigenis, non evincit. Nam hæc separatio non fuit quoad vincu- lum, sed quoad thorum tantum, & cohabitationem. Unde & ibi vocantur uxores, & conjugiones earum *matrimonia*.*

Nec etiam jure nature irrita dici possunt. Quia omni- no adveniantur sui matrimonii: potest enim ex eis proles nasci, & in fide educari, quamvis plerumque difficultus, quam si ambo conjuges essent fideles.

S. II.

De Matrimonio Christianorum cum Infidelibus non baptizatis.

V. Dico primo. Matrimonia christianorum cum infidelibus non baptizatis fuerunt semper illicita, non tamen ut illicita ab omnibus, & ubique habita. Prima pars constat ex supra dictis. Si enim hæc jure nature, & divino illicita fue- rint Judæis in veteri lege, multo magis in nova. Unde S. Th. q. 59. Supplem. art. 1. ad 1. dicit: quod esse in veteri lege permittum fuerit cum aliquibus gentibus conjugia inire: præcipue quando non poterat esse timor pertrahendi ad idole- triam. Et sic Moysi, & Joseph, & Esther cum infidelibus ma- trimonia contraxerunt. Sed in nova lege, quæ per totum orbem diffunditur, similis ratio prohibendi est de omnibus infidelibus. Tum quia idem periculum subversiois, & eadem difficultas, in educandi prole, & quam talia conjugia vitia fuerunt in lege veteri, urgent in lege nova.

VI. Hoc idem præcipit S. Paulus tum, 1. Cor. 7. v. 39. cum ait: *Si dormierit vir ejus, liberata est a lege viri: cui vult nub- ere statim in Domino.* Ly autem in Domino intelligitur a Pa- tribus pro eodem, ac viro Christiano. Unde Tertullianus, l. 2. ad uxorem, cap. 2. *Cui vult* (inquit) *Nubere. Quod est in- dubitate Christiano.* Et 2. Cor. 6. v. 14. *Nobis* (inquit) *ju- gum ducere cum infidelibus.* Unde Cyrillus, lib. de *Lapsa* matrimonia fidelium cum infidelibus recenset inter gravissima crimina, quæ causa persecutionis extoritur: Et quidem in- dignum est, ut Christi membra cum Diaboli membris com- misceantur, & sicut cum illis una inquirant, & una sciant, sicut Paulus participatio justitia cum inquinatis, & qui sciant, sicut lucis ad tenebras? Quæ autem convocatis Christi ad belialis. Qui autem convocatus templo Dei cum idolis? Vos enim estis tem- plum Dei vivi &c. Addit Tertullianus citato loco, virum infi- delem vix plerumque esse, ut mulier christiana persolvat sue religionis officia.

VII. Quo autem jure prohibita sint talia conjugia, dicerem. Si adit periculum perverfionis sui, vel filiorum, prohibita esse jure nature, ac divino, ut in lege mosaica; si vero non adit, prohiberi solo jure Ecclesiastico. Nec obstant verba Pau- li supra relata. Illud enim præceptum Pauli est Apolliticum, non divinum. Non ibi loquitur tanquam Ecclesiarum Pastor, sicut cum dixit, 1. ad Timoth. 3. Oportere Episcopum esse unius uxoris virum; unde 3. Cor. 7. post relata verba subdit: *Fato autem quod & ego spiritum Dei habeam.*

VIII. Hæc opinioni favet S. Aug. l. de *Adulterinis Conju- giis*, c. 25. ubi hæc scribit: *Non enim tempore revelati Testa- menti novi in Evangelio, vel ullis apostolice literis sui ambi- guitate declaratum esse videtur, utrum Dominus prohibuerit, si- detur infidelibus jungi. Quævis Beatiſſimus Cyprianus inde non dubitet, nec in levibus peccatis constituit, jungere cum infideli- bus vinculum matrimonii, atque id esse dicat præſtituræ gen- tilibus membra Christi. Et 1. de fide, & operibus, c. 19. de con- jugiis christianorum cum infidelibus ait: *Quæ nostris temporibus jam non putantur esse peccata, quantum revera in novo Testam- ento nihil inde præceptum est: & ideo non licet credendum est, aut velut dubium derelictum.* Quibus S. Monica ejus Mater exci- tatur, quod viro gentili nupsit. Quia tunc temporis talia matrimonia reputabantur, nedum valida, fed etiam licita, non- dum enim aperte prodierant leges Ecclesiasticæ ac irritantes, aut etiam expresse generaliter prohibentes. Quæ problemem reddunt secundam altentionis partem.*

IX. Dico secundo. Matrimonia christianorum cum infideli- bus non baptizatis irrita modo sunt, non lege naturali, aut

divina, nec certa aliqua lege Ecclesie, sed generali consuetudine. Quod non sine irrita iure naturali probant rationes superius allate. Talia enim conjugia non tollunt omnino, si matrimonium, nempe, prolem; sed solum ejus educationem ad cultum Dei difficilem reddunt. Nec invalida sunt iure divino, quia nec in veteri, nec in nova lege ulla est prohibitio ea irritans. Paulus quidem ea prohibet, citatis locis, sed tanquam Ecclesie potestate proprio, non spiritu Dei, tanquam indecencia, non tanquam irrita.

Nec etiam certa aliqua lege Ecclesiastica. Nam adfunt quidem Ecclesiasticae aliquae leges ea matrimonia vetantes, sed ea irrita declarantes, Ecclesie universalis nulla leguntur. Eadem quidem fuerunt medio quarto saeculo leges imperiales Theodosii, Valentianiani, ac Valentis matrimonia cum Gentilibus, & praesertim iudaicae foeminae tanquam adulterii capitali poena multantes, quas legere est in codice Theodosiano, l. 3. tit. 14. de nuptiis Gentilium, lege 1. et l. 3. tit. 4. lege 5. Sed has leges nec in finibus Imperii fuisse observatas, testis est Augustinus supra laudatus, assensens, tales nuptias sua aetate in Africa fuisse frequentes, adeo ut a plerisque peccata non confiterentur. Multoque minus extra Romani Imperii fines earum legum habita fuisse videtur. Nam desinente saeculo quarto, anno 494. Clandis Christiana imperatrix, Clodoveo Regi Francorum adhuc Ethnicis, quas nuptias nemo improbarit.

X. Adfunt etiam, Can. 61. Concilii Tolentini IV. haereticis: Ut nisi ab fidei iudice accesserit, separare ab uxore fideles, Et Can. 18. Concilii Aurelianensis II. idem statuens. Sed nec illa Synodi definiunt, ea matrimonia esse irrita, sed ea non esse rata, ita ut nulla ratione dissolvi non possint, in hunc urgente periculo subversionis, quod maxime in conjugio cum Iudeis tunc frequens erat; ideoque non loquuntur de Gentilibus, sed de Iudeis, utpote pertinacioribus. Adde, quod cum laudate Synodi sint Ecclesiarum particularium, tota Ecclesie legem prescribere non poterunt.

XI. Reponitur ergo, quod matrimonia christianorum cum infidelibus non baptizatis procedente tempore consuetudine sensim in universam Ecclesiam introducta, irrita evaserint circa saeculum Magistrae Sent. quae auctore S. Thoma iam universalis facta fuerat, adeo ut nec matrimonia fidelium cum catechumenis, ut supra diximus, valida habita fuerint.

Ex quibus omnibus sequitur, posse Pontificem, causa id postulante cum fidei dispensare, ut cum infideli inerat matrimonium.

D U B I U M VIII.

De Matrimonio catholicorum cum haereticis.

S. I.

Resolvitur de validitate.

I. Dico, Matrimonia cum haereticis contracta valida sunt. Nihil enim eis deest eorum, quae ad verum matrimonium, si servetur forma ab Ecclesia praescripta, & ad matrimonii validitatem spectans. Neque etiam est ulla lex divina, vel Ecclesiastica tale matrimonium irritans; Quin potius, Cap. Dilectus, tit. de haereticis in 6. supponitur esse ratum.

Rationes, quae moventur Ecclesiam ad non irritanda eiusmodi matrimonia, sicut irritavit ea, quae fideles contraherent cum infidelibus non baptizatis, possunt esse, Prima: Quia haereticus baptizatus propter Baptismum comparatur inter Christianos, & ideo non est indecens, ut permittatur esse susceptivus sacramentorum Christi. Secunda: Quia matrimonium cum haereticis, vel haeretica est sacramentum novae legis factum habuit, ut supra diximus, non sic quod contraheretur cum Pagano, vel Pagana. Tertia: Quia uterque contrahentium convenit in sacramento fidei, & proinde uterque subest iudicio, ac jurisdictioni Ecclesiae. Immo proprie non adeo inter eos disparitas cultus quantum ad professionem Christianismi, & quamvis alter eorum sit a fide devius, quia tamen & ille fidem professus est in baptismo, non est solutus ab obligatione eam profitendi. Quarta tandem. Quia ex generali irritatione matrimonii fidelis cum haeretico, vel haeretico magis, & multa sequerentur incommoda, ex eo quod haereticus cum sepe licet, heret, ut post annos etiam multos separari deberent, & proles illegitima declaranda, uno eorum deprehensio, quod fuerit, ac sit haereticus. Eteret quoque, quod improbi valide conjuncti, ad alias nuptias transirent, mentientes se esse, & fuisse haereticos, quando matrimonium contraxerunt.

S. II.

Resolvitur an sint licita.

II. Dico, Matrimonia fidelium cum haereticis sunt illicita: Lege quidem naturali, si ad sit periculum subversionis proximum, sicut si sit solum remotum, & in eisdem circumstantiis dicunt multi prohiberi etiam iure divino, & praecipue cum matrimonium contrahitur eo pacto, ut masculi patris religionem, semper vero religionem matris sequantur. Absolute autem, & generaliter prohibentur iure Ecclesiastico in Conc. Chalcedonensi, Can. 14. quo prohibetur, ne persona catholica matrimonio conjungatur haeretico, nisi haec ad orthodoxam fidem se convertendam sponteant. Et antea in Laodiceo, Can. 10. & Can. 31. ubi statuitur: Non oportet cum omnibus haereticis misceri convivere, & vel fides, vel filii dante, sed potius accipere, si tamen professantur, Christianos se futurum esse catholicos.

III. Ex quibus inferatur, matrimonia catholicorum cum haereticis absolute spectata solo iure Ecclesiastico esse prohibita, ac proinde posse per Summum Pontificem esse iusta, ac rationabili causa in hoc dispensari; causa autem iusta, & rationabilis esse potest praecipue spes conversionis, & catholice fidei utilitas. His motu Clemens VIII. Bariesii Duci, anno 1603. facultatem fecit ducendi in matrimonium Catharinam fororem Henrici IV. Gallorum Regis haereticae, quia ipsa Catharina promiserat, se post obtentam dispensationem catholicam religionem professuram. Et Urbanus VIII. anno 1625. dispensavit cum Henrica Ludovici XIII. Galliae Regis germana Torore, ut nuberet cum Carolo Anglorum Rege haeretico, sperans fore, ut matrimonium illius beneficio catholici in Anglii majori libertate, & quiete fruerentur: Quamvis autem postea res aliter eveniret; iusta tamen, & prudens fuit dispensatio.

VI. Sed dices: Pontifex dispensare non potest in iis, quae sunt de iure divino: sed de iure divino est, ut matrimonia cum haereticis non contrahantur. Nam ad Titum 3. v. 10. dicitur: Haereticum hominem post unam, & secundam correctionem desista, & Joannes, Epist. 2. v. 10. verba haereticum recipi in domum, & Ave. et dicit, aliquo et dicit, in operibus ejus malignis, ergo multo magis prohibetur conjugio ei copulari.

V. Respondeo ad min. Verba illa continere praecipuum Apostolicum, seu Ecclesiasticum, non divinum, si non sit periculum proximum subversionis; quod si adit, nemo dispensare potest licite.

VI. Sed dices adhuc, Matrimonium catholicis cum haeretico, vel est sacramentum, vel non. Si est sacramentum, ergo peccat mortaliter ministrans sacramentum indigne conferens. Si non est sacramentum, sed merus contractus civilis, ergo Christianus non tenetur iure divino contrahere matrimoniale cum sacramento conjungente, quod tamen saltem est.

VII. Respondeo ex dictis supra, q. 3. dub. 3. S. 2. probabilius videri non esse sacramentum: Dato tamen quod sit, nego illatum. Nam idelicet iusta causa cum haeretico nubens, potest absque peccato permittitur in ea facillime; sicut Christianus non tenetur iure divino contrahere matrimoniale cum sacramento conjungente, quod tamen saltem est. VIII. Respondeo ad min. Verba illa continere praecipuum Apostolicum, seu Ecclesiasticum, non divinum, si non sit periculum proximum subversionis; quod si adit, nemo dispensare potest licite.

VIII. Ex dictis colligo, non esse probandum opinionem Caballini (& forte aliorum) l. 3. Juris Canonici, c. 22. Quod in locis, in quibus haereticis constituitur populi pariter notabile, facta scandalo, & periculo perversionis, possunt contrahi licite talia matrimonia sine speciali dispensatione, si gravis urgeat causa, seu privata, seu publica, qualis est conversio patris publicae, qua pervertitur ad bellum institutum excitandum inter catholicos, & haereticos, si illi ipsorum fidei adversentur. Et multo magis improbanda est, si in foderet conjugali vocatione patris, foeminae vero religionem patris.

D U B I U M IX.

De impedimentis, vis, Ordinis, ligaminis.

S. I.

De vi.

Haec tria breviter expediemus; constat enim ex supradictis quid de illis sentiendum sit.

I. De vi, seu coactione locuti sumus, q. 3. dub. 4. integro. Ex quo recolendum est: Quod vis, violentia, & coactio idem significant, cum hoc tamen discrimine, quod vis, & violentia, & coactio simpliciter dicta est totaliter ab extrinsecis, eo cui sit violentia, actu proprio sentiente; & hoc modo nequit vis, violentia, aut coactio inferri voluntati, qui nulla vis exterior cogere, aut violentare potest voluntatem, ut volens eliciat actum amoris, vel odii. Vis autem, seu coactio secundum quid talis locum habere potest in voluntate, & haec coincidit cum metu inchoato, causa extrinseca; metus enim ille a causa extrinseca incussus facit, ut voluntas causa metus veli, quod aliquando noster. Hunc metum dixerunt in gravem, & est cum quis ad evitandum minus, aliquid malum, quod sibi imminet, pura mortem, multationem, dehonestationem per suprum, quod vitare non potest, consentit in minus malum, & hic vocatur metus cadens in constantem virum. Et in levem, qui dicitur cadens in virum inconstantem. Ut si metu minoris mali, quod probabiliter credit sibi imminere eligat majus malum; ut si metu amittende pecunie consentiat in uxorem quam noster. Potest autem metus gravis iuste incuti, & iniuste. His positis.

II. Dico, Metus gravis dirimit matrimonium, si profectus fuerit a causa extrinseca. Si iniuste fuerit incussus, & eo sine, ut periclitatur matrimonium; aliter non est impedimentum dirimens. Pra haec assertione rationes dedimus, cit. dub. 4. S. 2. & 3. ad quas Lectorem remitto. Quod enim non sufficit levitatis, deducitur ex iure, quod loquens de metu dirimentis matrimonium ex eo contractum, loquitur semper de metu gravi. Unde Cap. Significavit, de eo qui duxit in matrimonium &c. consultus Papa de quodam, qui metu compulsus duxerat uxorem, & deinceps propria sponte cum illa contraxerat, respondit: Si conspiceris, quod tamen vis eidem illata fuerit.

S. III.

De impedimento ligaminis.

III. Metum modo explicato fuisse semper impedimentum dirimens matrimonium, videtur certum. Quia vis genium ubique semper observatum postulat, ut contractus, maxime qui parit nexum indissolubile, liberissime fiat. Et rursus, quia Canonice, & Leges Civiles cum de eo loquantur, loquuntur tanquam de re iam us recepta. — An vero iure naturali, vel solo positivo humano dirimat, Etlus, & alii putant, iure naturali dirimere. Huius enim naturae postulat, ut qui iniuste coactus iure matrimonium, praeiure libertati restituatur. Alii censent dirimere iure tantum Ecclesiastico. Et hoc secuti sumus sap. q. 3. dub. 4. S. 2. n. 6. quae hoc revocanda sunt.

IV. Iudices tamen Ecclesiastici summa cautione uti debent, priusquam irritum pronuntient matrimonium, quod alter se per vim, & metu contracte contendit. — Expendere enim debent, an metus fuerit vera causa, an gravis, an iniuste incussus, & praecipue an pars, quae conqueritur, certa quaedam signa consentis postea dederit; ut si mulier, quae conqueritur de violentia, diu cum marito pacifice cohabitavit; ex hoc enim colligeretur, eam in tali matrimonio vere consentisse.

S. II.

De impedimento Ordinis.

V. Susceptioni sacrorum Ordinum, Presbyteratus, & Diaconatus, & Subdiaconatus annexam esse perpetuum continentiam ostendimus, Tract. de Sac. Ordinibus, q. 4. dub. 2. Quo autem iure dirimat matrimonium, & an super hoc dispensari possit, ibidem, dub. 3. ostensum est. Unde cum eadem non sint fidei repugnans, quae ibi dicta sunt, huc sunt revocanda. Ibi etiam ostendimus a tempore Apostolorum, hanc legem continentiae vigere indidam.

VI. An vero Ordo sacer, sicut fuit semper impediens matrimonium contrahendum, ita semper fuerit impedimentum dirimens contractum, disputatur a Doctoribus, quibusdam negantibus. Silivius enim putat ante Concilium Neocaesariense, anno 314. celebratum, non fuisse impedimentum dirimens, sed tantum prohibens. Ita in q. 53. Suppl. art. 3. Concl. 2. Immo Juenin, de Sacram. r. 8. de Impedim. Ordinis censet, per mille priores annos matrimonia iniita a Presbyteris, Diaconis, & Subdiaconis non fuisse irrita, & solum irrita facta a Concilio Lateranensi I. sub Callisto Papa II. anno 1123. cui accessit Remense, anno 1148. sub Eugenio Papa III. Antea enim, inquit, Clerici majores prohibiti quidem fuerant, non post ordinationem conjugia inirent, sed nunquam iusti fuerunt ut separarentur ab uxoriis. Immo, Can. 1. Concil. Neocaesariensis minorum poenam statuit Clerico, qui uxorem duxerit, quam ei, qui in fornicationem incidit.

Alii, qui affirmant, moventur, quia Canones posteriores, quibus factitur, sacrum Ordinem esse impedimentum dirimens, professentur se nihil novi statueri, sed sacrorum Canonum sanctiones sequi. Ita Callistus II. Can. 21. Concil. Lateran. I. Presbyteris (inquit) Diaconibus, & Subdiaconibus, & Monachis concubinam habere, seu matrimonia contrahere, poenitentia interdicimus, contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis dirimimus, & personas ad poenitentiam labore redigi, iuxta sacrorum Canonum definitionem iudicamus. Et Eugenius III. Can. 7. Concil. Remensis, ait: Sanctorum Patrum, & praedecessorum nostri Papa Innocentii (Primi) vestigia servantes, haeremus, quatenus Episcopi, Presbyteri, Regularium, Canonici, Monachi, acque conversi, qui sacrum transgrediantur, propositum uxores sibi copulare praesumpserint, separantur. Huiusmodi namque copulationes, quam contra Ecclesiasticam rationem, contra esse contractam, matrimonium non esse censuimus. Erant ergo antea Canones, qui separandos esse praecipere sacris ordinibus initiatos, si matrimonium iniire attentarent, & talia matrimonia non esse canonice inire attentarent, quae canonice fuerit primo iniunctum, credi potest ex apostolica traditione derivasse. Nec refert, quod Concilium Neocaesariense separationis non meminisset, cum eam supponat, dum jubet, ut talis ab ordine deponatur. Quod vero plus fornicationem puniat, ideo esse potest, quia fornicatio est contra jus naturae, nuptiae vero in sacris initiato, sunt contra jus tantum Ecclesiasticum. Haec probabiliter pro utraque parte.

VII. Impedimentum ligaminis est vinculum prioris conjugii, si sive consummati, sive rati tantum conjugis superfluit. Et vinculo iure naturali, ac divino dirimi sequens matrimonium offensum fuit supra q. 4. dub. 3. dum polygamiam simultaneam a Christo sublatam fuisse probatur, & matrimonium reductum ad sui primitivam institutionem, & naturam ut esset unius cum una tantum Maritae 19. sub quo comprehenduntur etiam matrimonia rati per verba de praesenti contractum, et non consummatum, consentiunt omnes: ac proinde si sic ligatus atteret secundum matrimonium, nihil agit, quia postquam uni tradidit sui corporis potestatem, non potest illum eo vivente tradere alteri, & si tradit, nulliter tradit. Unde ait Apostolus 1. Cor. 7. v. 39. Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit. Hanc veritatem declaravit Nicolaus I. ad consulta Bulgagorum, c. 5. his verbis: Dux tempore uno habere uxores, nec ipsa origo humani conditionis admittit, nec lex Christianorum ulla permittit. Idem non sola Pontificum decreta sed & Imperatorum statuta servandum populi denuntiarunt. Id praesertim Iulianianus, l. 5. sui Codicis tit. 4. c. 2. Neminem (inquit) qui sub ditione sit Romani nominis binas uxores habere posse velis patet, cum etiam in Edicto Praetoris huiusmodi viri infamia notati sunt, quam rem compertis iudex in iustiam esse non patitur.

VIII. Tantam huius rei custodiam habet Ecclesia, ut alterum matrimonium prohibeat, nisi cum adest certitudo de morte prioris conjugis. Haec autem certitudo, non habetur ex absentia multorum annorum, etiam ultra septennium, aut de centennium nec ex sola fama, sed ex certis nuntiis. Ita Cap. in praesentia de sponsalibus. In praesentia nostra quassuissis, quid agendum sit de mulieribus, quae viros suos causa captivitatis, vel peregrinationis absentes ultra septennium praesertim fuerint, nec certissimi possunt de vita, aut morte ipsorum, licet super hoc sollicitudinem adhibuerint diligentem, & pro juvenis aetate, seu fragilitate carnis nequaquam contineat, penitentia alio matrimonio copulari. Consultationi igitur tua saltem respondendum, quod quatenus amorem nuptiarum ita remanent viventibus viris fuit non passus ad aliorum consorcium canonice copulare: nec auctoritate Ecclesia permittat contrahere, donec certum nuntium recipiant de morte viroorum. Ita Clemens III.

IX. Quod si accepto certo nuntio de morte prioris conjugis, & secundo matrimonio bona fide contracto, moralis illa certitudo inciperet defecere propter conjecturas, quae in contrarium dubitationem, aut probabiliter parent, non tamen certitudinem moralem generent, conjugia potest reddere debitum non tamen petere ut declaravit Lucius III. Cap. De minus de secundis nuptiis, & Innocentius III. Cap. Inquisitioni, De sent. excomm. Quod si graviores sint conjecturae, ut ad certitudinem moralem de vita prioris conjugis perducant, non quidem debitum reddere licebit. Quia in moralibus, quod moraliter certum est, pro vero est habendum ut dicto Cap. Inquisitioni.

D U B I U M X.

De impedimento publicae honestatis, & affinitatis.

S. I.

De publica honestatis impedimento.

I. Publicae honestatis impedimentum, est propinquitas orta ex sponsalibus. Ita 27. q. 2. cap. Si quis uxorem, ubi Julius I. ita dicit: Si quis uxorem desponsaverit, vel subarraverit, & sive praevenerit die nuptiarum, sive invenitibus quibusdam aliis causis minime eum cognoverit, neque ejus superfluit frater, neque nullas de consanguinitate ejus, eandem sibi collat in uxorem nullo unquam tempore. Vel ex matrimonio rato, & non consummato, ut multi sentiunt ex dicto canone, ex quo patet impedimentum hoc esse perpetuum.

II. Verum intra quem gradum impedimentum publicae honestatis dirimat matrimonium, non una fuit quovis saeculo regula. Nam usque ad Concilium Lateranense IV. Canones statuiebant nullum de consanguinitate ejus, qui contractu impedimentum, posse cum ea, quam subarraverit, vel desponsaverit, nuptias inire. Consanguinitas autem illi saeculis usque ad septimum gradum dirimebat. Post Lateranense fecerunt, in quo consanguinitatis gradus, ut vidimus, ad quartum tantum gradum reducti sunt, impedimentum publicae honestatis quantum non excessit.

Tandem post Concilium Tridentinum impedimentum, de quo agitur, si ortum sit ex sponsalibus, quo tamen valida fuerint, non excedit primum gradum. Ita declarat Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 3. Iustitia publica honestatis impedimentum, nisi sponsalia quaecumque ratione valida non erunt, facta Synodus profus tollit; ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedant. Quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest huiusmodi prohibitio absque dispensatione observari. Quibus Concilium impedimentum ortum ex sponsalibus invalidis praesertim tollit, ortum autem ex sponsalibus validis ad solum primum gradum restringit. Unde modo sponsus de futuro contrahere potest cum omnibus consanguineis sponse, exceptis matre, filiabus, & fororibus ejus, & sponse de futuro contrahere potest cum omnibus consanguineis sponsi exceptis patre, filiis, & fratribus ejus.

Ex sponsalibus autem conditionatis sub conditione de futuro contingente, quamdiu pendet conditio non oritur impedimentum publice honestatis, quia pro eo tempore desit consensus. Hinc si quis ante implementum conditionis contrahat matrimonium validum esse, ex cap. unico de Sponsalibus et 6. Cum (ut ibi dicitur) ex sponsalibus conditionatis ante conditionem executionis, sicut consensus non habentibus, & incertis, nulla publica honestatis iustitia citatur.

Porro cum Tridentinum loco citato de sola iustitia publice honestatis orta ex sponsalibus loquatur, non autem de ea, quae oritur ex matrimonio rato, & non consummato; dicendum est, istam reliquisse ut prius erat, & proinde quamvis ista sit in primo gradu, istam adhuc se extendere usque ad quartum. Ita S. Plus V. decreto, quod incipit ad Romanum anno 1568, indicavit.

S. II.

De impedimento affinitatis.

III. Affinitas, quae est propinquitas personarum ex carnali copula proveniens, oriri potest, vel ex copula licita, qualis est mariti cum uxore, & haec est propinquitas quam contrahit maritus cum consanguinea uxoris suae, & uxor cum consanguineo mariti. Vel ex copula illicita, qualis est, quam contrahit fornicarius aut adulter cum muliere fornicaria, vel adultera, & e contra. Ex utraque contrahitur impedimentum dirimens, modo infra exponendum. Et ratio est. Quia in tantum per copulam licitam naturali necessitate contrahitur affinitas, quia per eam vir, & uxor fiunt una caro, Matro. 19. v. 6. sed etiam per copulam illicitam vir, & mulier fiunt, & sunt una caro, dicitur Apostolo 1. Cor. 6. v. 16. An nescitis, quantum qui adhaeret meretrici unum (cum ea) corpus efficiat? Erunt, inquit, duo in carne una; ergo &c. Hoc etiam constat ex Cap. discretionem in 6. De eo qui cognovit consanguineum &c. Ut tamen copula inducat affinitatem, debet esse completa, & perfecta, ac per se sufficiens ad generationem prolis, sive aliunde impediatur, sed non. Quod si matrimonium conjuges non consummarent, nec maritus contraheret affinitatem cum consanguineis uxoris, nec uxor cum consanguineis viri, quia conjuges per solam consummationem matrimonii fiunt una caro, ut patet ex Cap. Debitum extra de Bigamis.

IV. Advertendum tamen est cum S. Th. quest. 95. Supplem. art. 5. & aliis communiter, quod affinitas non parit affinitatem. Non enim consanguineus viri, & consanguineus mulieris affinitatem inter se contrahunt, ex eo quod vir cum consanguineis mulieris, & vicissim mulier cum consanguineis viri affinitatem contraheret. Sic foror, vel frater uxoris non contrahit affinitatem cum fratre, vel sorore mariti. Sic filius, vel filia mariti ex alio conjugio non contrahit affinitatem cum filio, vel filia uxoris ex alio conjugio. Unde foror, uxoris contrahere potest cum fratre mariti, & foror mariti cum fratre uxoris, si nihil aliud obstat. Et eadem ratione, nisi aliud obstat, filia uxoris ex alio conjugio contrahere potest cum mariti filio ex alio conjugio, & filia mariti ex alio conjugio cum uxoris filio ex alio conjugio. Patet haec ex Cap. Super his extra de consangu. Cum itaque consanguinei utriusque conjugis se affines nominant, late, & improprie loquuntur.

V. Nunc videndum est, ad quorum gradum affinitas se extendat, ut in matrimonio dimittat. Et quidem si diversos status legum ab orbe cordis inspicimus, diversam super hoc disciplinam reperiemus. In lege enim naturae licita erant, & valebant matrimonia inter affines in primo gradu lineae collateralis. Alioquin culpabatur esse Jacob, qui cognita Lia, postea tamen cum Rachel ejus sorore contraxit, & sic duas sorores simul habuit uxores, Judas Patriarcha praecipit Onam filio suo, ut accepta Thamar uxore fratris sui defuncti, succederet ei semen. Genes. cap. 38. v. 8. In lege scripta matrimonium mulieris cum viro mariti defuncti fratre, non solum validum, & licitum fuit, sed praecipuum, si ex eo liberos non genuisset, ut habetur. Deuter. 25. v. 5.

VI. Tam autem in lege naturae quam moresca intra varios affinitatis gradus fuerunt irrita, vel saltem illicita matrimonia. In lege enim naturae non valuerunt initia inter novorem, & privignum, saltem vivente novore marito. Unde cum Ruben cum Bala uxore patris sui se commiscuisset, ut habetur, Genes. 35. v. 22. acerbum hanc a patre morturo maledictionem audivit, Genes. 49. v. 4. Non crederis, quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti fratrum ejus. Irrita quoque fuisse inter forerum, & nurum etiam defuncto hujus marito, arguitur ex eo, quod Judas Patriarcha, ut legitur, Genes. 38. licet deceptus fructus esset amplexibus Thamar nurus suae, genuissetque ex ea Phares, & Zaram: eam tamen non duxit in uxorem, ratus hunc dubie, se id valide non posse.

In lege pariter scripta in recta linea descendendum affines inire non poterunt: non enim filius est ex alio conjugio natus uxorem patris sui ducere poterat, Turpitudinem uxoris patris sui (inquit Moyses, Levit. 18. v. 8.) non disporiet: turpitudinem enim patris sui est. Et ideo Adonias, qui amblerat nuptias Abisach Suramitidis, quae fuerat Davidis patris uxore, mone ex ea non fuisset progenitus, repulsum affinis est a Salomone fratre legis observantissimo. In recta quoque descendendum linea inita non fuerunt conjugia inter affines in primo gradu. Unde patet cum uxore filii sui, seu forer cum nuru, nubere non poterat ut ibidem, v. 15. Turpitudinem nurus sua non revolvat, quia uxor filii sui est. In linea quoque obliqua ascendendum, ut nepotis ad uxorem patris non poterunt celebrai conjugia, ibid. v. 14. Turpitudinem patris sui non revolvat, nec accedet ad uxorem ejus, qui vixi affinitate conjugatur. Irritas quoque fuisse nuptias patris cum uxore nepotis mortui, constat S. Hieronymus. Sed communis tenetur oppositum, sicut enim lex non venit nuptias patris cum nepote, ita nec cum uxore nepotis. Ideo autem Moyses vetuit, ne cum amica nuberet nepos, quod judicavit deedere, eum qui per naturam inferior est amica, ipsi per conjugium domini.

VII. In lege autem Evangelicae conjugia in recta linea ascendendum irrita semper fecisse nuptias inter affines, puta inter filium ex alia matre, & uxorem patris sui, ostendunt haec verba Pauli. 1. Cor. 5. v. 1. Omnia audiat inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita ut uxorem patris sui aliquis habeat. Videtur enim hoc juri naturali repugnare, ut inter forerum, & nurum, inter generum, & forerum, inter privignum, & novorem matrimonium inearat: unde dicit Paulus haec conjugia etiam ipsi barbaris genibus horrore fuisse. Cum enim Seleucus Rex Syriae, ut refertur Plutarcho in vita Demetrii, & Valerius Maximus, l. 5. c. 79. Filio suo quem ex vehementissimo amore ergi Syrtanicam novorem periculose egrotare videbat, eam ipsi nuptiis dedidit, fuit hujusmodi (ait Caballarius) inter infamia barbarorum dedecora commutandum est; quemadmodum & Perferam, qui liberorum cum propriis parentibus nuptias probare solebant. Unde concluditur, quod in recta affinitatis linea, Ecclesia, sicut nunquam dispensasse legitur, ita nec possit dispensare.

VIII. Circa vero gradum lineae collateralis affinitatis matrimonium dirimens, varia variis temporibus fuit Ecclesiae disciplina, quemadmodum & circa gradum consanguinitatis. Quia ut S. Th. q. 95. Supplem. art. 5. Ex quo gradus affinitatis sumuntur iuxta gradus consanguinitatis, oportet, quod ut sine gradus affinitatis, quos sunt gradus consanguinitatis. Sed tamen quia affinitas est minus vinculum, quam consanguinitas, scilicet & olim, & nunc dispensatio fit in remotis gradibus affinitatis, quam in remotis gradibus consanguinitatis.

IX. Ex his sequitur, quod sicut olim ante Concilium Lateranense IV. consanguinitatis impedimentum, usque ad septimum extendebatur, postea tamen ab eo reductum fuit solum ad quartum inclusive; ita affinitas, quae ad plures extendebatur, ad quartum gradum restricta fuit ab eodem, c. 51. & loquendo de affinitate contracta ex copula conjugali, & proinde de licita, etiam modo in Ecclesia servatur. Loquendo tamen de copula fornicaria, & illicita, post Concilium Tridentinum non dimitit matrimonium, nisi usque ad secundum gradum inclusive. Ita enim, Sess. 24. de Reform. Matrim. c. 4. statuit: Praeterea S. Synodus efflavit, & alia gravissima de causis adductis, impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, & matrimonium postea factum dirimit; ad eis tantum, qui in primo, & secundo gradu conjugantur, restringit, in ulterioribus vero gradibus statuit, hujusmodi affinitatem matrimonium postea contractum non dirimere.

X. Si quaeras: Quo Jure affinitas ex copula conjugali dirimat matrimonium?

Respondeo, ut supra indicatum est, probabilissimum esse, talem affinitatem jure naturali dirimere matrimonium in primo gradu lineae rectae, ut inter vitricum, & privignum, & privigni cum novera, forerum, & nurum, generum, & forerum; eo quod ejusmodi matrimonia tantum indecens, & repugnantium cum natura rationali habeant, ut, quemadmodum supra dixi, gentes est barbarae, et semper horrorentur.

Affinitas autem in linea transversali etiam in primo gradu est impedimentum dirimens jure tantum Ecclesiastico. Matrimonia enim in hoc gradu contracta juri naturali non esse contraria, ostendunt exempla veterum Patrum, qui tum in lege naturae, tum Moesica duas sorores duxerunt: nec etiam sunt contraria juri positivo divini. Lex enim Moesica in his, quae juri naturali non adversantur, per Evangelium fuit abrogata. Quapropter licet in primo gradu lineae rectae non possit Ecclesia dispensare, in primo tamen gradu affinitatis lineae transversalis potest. Hinc inferitur primo Emmanueli Lusitanie Regem ex dispensatione Alexandri VI. potuisse licite, & valide nubere, ut revera postea nupsit cum Elisabetha, & successit cum Maria filiaque Ferdinandi Hispaniarum Regis. Et secundo Henricum VIII. Anglorum Regem imperitio repudiatum Catharicum Austriacum, quamvis antea nupsisset Arturo ejusdem Henrici germano fratri. Nam antequam agitur, dispensatio legitime obtenta fuerat a Julio II.

XI. Si quaeras: An affinitas matrimonio superveniens illud dissolvat?

Respondeo negative cum S. Th. quest. 95. Supplem. art. 6. Et Cap. Fraeremitaris, & Cap. Jordano, extra de eo qui cognovit consanguineum &c. Ille tamen e conjugibus, cujus culpa orta est affinitas, tenetur, quidem conjugi petenti reddere debitum, ut ex citatis capitulis, quidem debet; qui (vel quae) loquitur participes non exillit, ut dicitur, Cap. Tu frater, de nonnulli obtenta prius dispensatione poterit unquam debitum petere, ut constat ex Cap. Si quis, & Cap. Transmissio, eodem titulo.

Sed quid si vir uxorem suam, vel invitam traderet adulteram alteri sibi in primo, aut secundo gradu consanguineo? — Dico, quod vir ille tenetur uxorem suam ad se redeuntem recipere, etque exigenti debent reddere ex Cap. Discretionem, eodem tit. Ac non potest, nisi prius dispensationem obtineat, debitum exigere, quia affinitas cum injuria uxoris contracta, ipsi merito imputatur.

XII. Si petas tertio. Quam poenam incurrant contrahentes matrimonium in gradu, sive consanguinitatis, sive affinitatis prohibito?

Respondeo, quod si contrahat scienter, sunt ipso facto excommunicati ex Clementina, Ees qui, unica de consanguinitate, & affinitate in 6. Ees qui (inquit Pontifex) ... scienter in gradibus consanguinitatis, & affinitatis constitutione canonica interdicti ... contrahere matrimonialiter non videntur ... excommunicationis sententia ipso facto decernimus subiacere. Vox illa scienter indicat, excommunicationem non incurtere eos, qui ignorant, se esse in gradu prohibito, dummodo ignorantia non sit affectata, consanguineus, vel affines bona fide contraxerunt. Separandi tamen sunt, quosque dispensationem non obtulerint. Super quo Trident. Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 5. Si quis (inquit) inter gradus prohibitos scienter matrimonium contrahere presumpserit, appareat, & ipse dispensationem consequenda carat, idque in eo multo magis locum habeat, qui non tantum matrimonium contrahere, sed etiam consummaverit, factus fuerit. Quod si ignoraverit id fecerit, si quidem solemnitates requisitas in contrahendo matrimonio neglexerit, videtur subiacere poenis; non enim dignus est, qui Ecclesiae benignitatem facile expariatur, cuius salutaria praecipua amore contempsit, si vero solemnitates observavit, impedimentum aliquod postea subest, cognoscatur, cujus ille probabiliter ignorantiam habuit, tunc facilis cum eo, & gratis dispensari poterit.

XIII. Si tandem petas: An infideles per copulam, vel licitam, vel illicitam affinitatem jure contrahant in infidelitate, & an haec affinitas mereat in eis etiam conversis post Baptismum? Et rursus, quatenus maneat an sint separandi?

Respondeo ad primum affirmative. Quia ex copula tam licita, quam illicita naturali necessitate sequitur affinitas, & semel contracta, ex natura rei perpetua est. Unde in infidelibus ad fidem conversis, & baptizatis, adeoque jam Ecclesiae subiectis, tam impedit matrimonium, quam si contracta fuisset post Baptismum.

Ad secundum vero dico, quod si affinitas contracta in infidelitate sit in gradu, sive tantum canonico prohibito, si postea ad idem convertantur, non sunt separandi. Constat ex Cap. De infidelibus, extra de consangu. Et ratio est: Quia infideles cum non sint subiecti Ecclesiae: & ita nullo impedimento pure canonico ligari possunt, in infidelitate valide contrahunt in gradu, sive affinitatis, sive consanguinitatis, qui jure tantum canonico prohibetur. Matrimonium autem valide contractum, & consummatum, non potest ab Ecclesia dissolvi propter Christi verbum, Matthaei 19. Quod Deus conjunxit, homo non separat. Et hoc dico etiam si matrimonium nondum esset consummatum. Nam upore verum non solveretur, sed ratum sicut per eorum Baptismum.

D U B I U M X I.

De impedimento impotentiae, rapis, & clandestinitatis.

S. I.

De impedimento impotentiae.

I. Impotentia, de qua hic sermo erit, est illius, qui non potest habere copulam perfectam sufficientem ad generationem prolis. De hac S. Thom. quest. 98. Supplem. art. 1. ubi ait, quod impotentia conandi potest esse: vel ex causa intrinseca, & naturali, vel ex causa extrinseca, & accidentali, sicut per maleficiam. Si autem sit ex causa naturali, hoc potest esse dupliciter. Quia vel est temporalis, vel potest subvariari remediis medicinis, vel processu aetatis ... Vel est perpetua &c. Perpetua autem illa dicitur, quae praeter divinum miraculum per opus humanum absque corporali periculo non potest removeri, ut indicat Innocentius III. Cap. Fraeremitaris, tit. de Frigidis, & maleficiis. Insuper. Alia est absoluta, quae quis impotens est respectu omnium, quales sunt omnes perfectae eunuchi. Alia est respectiva, quae reddit impotens, puta ad virginem, non ad corruptam, vel ad certam personam, ut in maleficiis contingit. Alia antecedit matrimonium, alia subsequitur. His brevissime.

II. Dico primo. Impotentia ad actum conjugalem perfectum, si sit perpetua est impedimentum dirimens matrimonium. Ita S. Thom. citatus, ubi ait, Quod in matrimonio est contrarius quidam, quo unus alteri obligatur ad debitum carnales solvendum. Unde sicut in alio contractibus non est conveniens obligatio, si aliquis se obligat ad hoc, quod non potest dare, vel facere (maxime si impotentia sit perpetua) ita non est conveniens matrimonii contractus, si sit ad aliquem, qui debitum carnales (impotentia perpetua) solvere non potest. Cum ergo matrimonium esset saltem consistat in mutua traditione corporum, & obligatione ad actum conjugalem, ubi ad illum usum est perpetua impotentia, nequit subsistere conjugium. Nam ut ait idem S. Thom. ad 1. Quamvis ista carnalis copula non sit de essentia matrimonii, tamen potentia ad actum est de ejus essentia, quia per matrimonium datur utrique conjugum potestas in corpus alterius respectu carnales copulae.

III. Si dicas: Senes quamvis ex defectu caloris impotentem sint ad generandum, valide tamen contrahere possunt. — Respondeo S. Thom. ibi ad 3. Quod senes, quamvis quandoque non habeant caliditatem sufficientem ad generandum, tamen habent caliditatem sufficientem ad carnales copulam. Et ideo contrahunt esse matrimonium, secundum quod est in remedium, quamvis non comparat eis secundum quod est in officium naturae. Si tamen proventu adeo essent aetatis, ut matrimonium

consummando essent impares, censent plures auctores, verum, ac ratum inire non posse conjugium.

IV. At dicas: Quid si femina sciens impotentiam viri, aut e contra, adhuc velit contrahere, & contrahat matrimonium? — Censent aliqui matrimonium fore nullum, quia sive facta tur ejus impotentia, sive non, semper est impotens, & proinde de jure naturalis inhabilis. Attamen

S. Thom. citata quest. 98. art. 1. ad 4. haec dicit: In quibus contrahit hoc universaliter tenetur, quod ille qui est impotens ad solvendum aliquid, non reputatur idem ad contrahendum illum, quo se obligat ad ejus solutionem. Est autem impotens dupliciter. Uno modo quia non potest solvere de jure, & sic est ille impotentia omnibus modis facit contrahendum esse nullum, sive sciat ille cum quo facit talem contractum, hanc impotentiam, sive non. Alio modo, quia non potest solvendo de facto. Et tunc si scit ille, cum quo contrahit, hanc impotentiam, & nihilominus contrahit, essentur, quod alium finem ex contrahendo quaerit. Et ideo contrahit licet: si autem nesciat, cum contrahit nullus est. Est ideo frigiditas, quae causat talem impotentiam, ut homo non possit de facto solvere debitum, sicut & conditio servituti, per quam non potest homo de facto libere reddere, impediat matrimonium, quando alter conjugum ignorat hoc, quod alius non potest reddere debitum. Impedimentum autem per quod quis non potest de jure reddere debitum, ut consanguinitas, annullat contractum matrimonium, sive sciat alter conjugum, sive non. Et propter hoc Magister sentit (in 4. dist. 34.) quod haec duo, frigiditas, & servitus faciant personam non omnino illegitimam. Hucusque S. Thomas. An vero loquatur de impotentia, quae possit absolute, & via naturali amoveri, anque impotentia profus inamovibili, dubitant Interpretes. Qui tamen cum hac scientia contraherent, deberent ad vitandum periculum incontinentiae vivere separati a thoro, & si oporteret, etiam a cohabitatione, non ut vir, & uxor, sed ut frater, & foror. & hunc esse Romanae Ecclesiae morem dicit Locus III. Cap. Consultationi, tit. de Frigidis &c. Similiter quaestio respondens: Licet (inquit) incredibile videatur, quod aliqui cum talibus (scienter) contrahant matrimonium: Romana tamen Ecclesia consuevit in consensibus judicare, ut quae tamquam uxores habere non possunt, habeant ut forores.

V. Si quaeras primo: Quo jure impotentia perpetua dirimat matrimonium?

Respondeo: Impotentia perpetua, & absoluta reddit impotentem jure naturali perpetuo inhabilem ad contrahendum matrimonium, quia tollit id, quod est de essentia matrimonii, scilicet traditionem potestatis ad copulam carnales. — Neque obest quod dicebamus ex S. Thoma, quod si impotentia illa sit a contrahente cognita, & nihilominus contrahere velit, verum sit matrimonium, quod non subsisteret, si impotentia jure naturali dirimeret. — Nam, vel S. Thom. ibi loquitur de illa impotentia, quae sicut servitus, cum qua illam comparat, potest removeri, non vero de impotentia naturaliter perpetua, ut exponit Sylvius ibi, quaestio 2. Vel si loquitur de impotentia naturaliter perpetua, censetur qui cum tali scientia contraheret, se ob alium finem, quam ob copulam carnales velle contrahere, & contentum esse solo vinculo animorum, non corporum, in quo matrimonium verum consistere posse supra diximus.

VI. Si quaeras secundo: Quomodo dignosci possit, an impotentia sit perpetua, an solum temporalis?

Responder S. Thom. art. 1. saepe laudato, his verbis: Ad hoc autem cognoscendum, utrum (impotentia) sit impedimentum perpetuum, vel non perpetuum, Ecclesia rempse determinatum adhibuit, in quo hujus rei potest esse experimentum, scilicet triennium. Quod si post triennium, in quo fideliter ex utraque parte dederunt operam copula carnali implenda, inventur, matrimonium non esse consummatum, iudicio Ecclesiae dissolvitur. Et tamen in hoc quandoque errat: Quia per triennium quandoque non sufficienter experiri potest perpetua impotentia. Unde Ecclesia si se deceptam inveniat, per hoc quod ille, in quo erat impedimentum, inventur carnales copulam cum alio, vel cum eadem perfectisse, reintegret matrimonium praedens, & dirimit secundum, quomodo de ejus licentia sic statum.

VII. Hoc idem triennii spatium probanda impotentia indulgent Canones, Can. Laudabilem, tit. de Frigidis, & Maleficiis, ubi Celestinus III. Requisivisti (inquit) quantum temporis indulgentum sit naturaliter frigidis ad experientiam copulae carnalis. Et infra: Nos vero in presenti consultatione sumimus, ut a tempore celebrati conjugii, si frigiditas prius probata non possit, cohabitens per triennium. Et etiam Jus Civile. Nam cum ante ad ejusmodi experimentum solum biennium esset statutum, Justinianus Imperator, sexto saeculo, Novella 22. de Nuptiis, cap. 6. ad triennium extendit. Quod vero sit post triennium, qui iudicatus fuerat impotens, inventur potens, qui ab eo discessit, etiam si alias nuptias contraxerit, tenetur ad eum redire, aperte declarat Innoc. III. Cap. Fraeremitaris, servari in Gallis. Sed de his nihil ad Theologos, sicut nec de modo, quo fieri debet hujusmodi experimentum impotentiae maxime in femina: ideoque ab his abstinere.

VIII. Dico secundo. Impotentia, quae oritur ex causa extrinseca, si sit perpetua dirimit matrimonium cum ea, cum qua contrahit; fecus vero, si non sit perpetua. Ita S. Th. q. 98. cit. art. 2. ubi probatibus quibusdam, qui dicebant: Maleficiis nihil esse in mundo, sed solum in estimatione hominum, qui estus naturalis occulit quorundam causa. Just ocula maleficiis impubantur: dicit: Sed haec vera fides repulnat, per quam Angelus de Celo recidisse credimus, & ex subtilitate sua natura multa posse, quae nos non possumus: Et illi qui cor ad faciendum calla inducunt.

inducunt, malefici vocantur. Rejctis etiam aliis, qui dicebant, ex maleficio nullum contrahi impedimentum, quod sic perpetuum, ac dirimens, & jura, quae hoc dicebant, esse revocata prosequitur.

Et ideo distinguendum est. Quis impotentia coeundi ex maleficio, esse perperua, & tunc matrimonium dirimitur. Aut non est perperua, & tunc non dirimitur. Et ad hoc exprimentum eodem modo, Ecclesia tempus trivium praefixit, sicut de frigida dicitur. Tamen hoc differtentia est inter maleficio, & frigida. Quia qui propter frigida est impotens, ita est impotens ad unam, sicut ad aliam: Et ideo quando matrimonium dirimitur, non datur licentia ei, ut conjugatur alteri, sed ex maleficio homo potest esse impotens ad unam, & non ad aliam. Et ideo quando iudicio Ecclesiae matrimonium dirimitur, virique datur licentia, ut alteram copulam querat. Ratio autem hujus est, quia, ut docet S. Thom. ibi, ad 4. Maleficio quandoque potest praestare ad omnia impedimentum, quandoque ad unam tantum tollendo a viro conceptum, moventem ad unam, & non ad aliam, quia Damon voluntaria causa est, & tantum agit quantum Deus ei permittit operari.

IX. Quapropter ad removendum tale impedimentum, ad preces, jejunia, elemosinas, sacramentorum frequentiam prius recurrendum est, deinde ad ecclesiasticos Exorcismos, quae si non proficiunt, Ecclesia iudicabit impotentiam esse perpetuam. Nullo autem modo id quod per maleficio factum est, per aliud maleficio tollere licet, ut docet S. Thom. ad 3. quia nec semper id, quod per unum maleficio factum est, per aliud maleficio destrui potest, nec ullo modo debet aliquis deum ad auxilium invocare.

X. Dico tertio. Impotentia naturalis respectiva, probabilis est, quod non dirimat matrimonium. Ita censo cum S. Th. hic art. 1. ad 5. ubi ait. Non potest esse perpetuum impedimentum naturalis viro respectu unius personae, & non respectu alterius. Sed si non possit implere carnalem actum cum virgine, & tamen possit cum corrupta: tunc medicinaliter aliquo instrumento possunt caustica pudoris frangi, & ei conjugari. Nec est hoc contra naturam, quia non ferret ad delectationem, sed ad meditationem. Abominatio autem mulieris non est causa naturalis, sed causa accidentaliter extrinseca. Sed hoc relinquimus discutienda aliis.

XI. Dico quarto. Impotentia etiam perpetua, si matrimonium jam contractum, esse nondum consummatum subsequatur, illud non dirimit. Pater: Nam quae matrimonium subsequuntur, impedire non possunt, quin validum antea fuerit, & proderit vinculum omnino indissolubile, excepto voto solemnium religionis, quo supra diximus solvi matrimonium nondum consummatum.

S. II.

De impedimento raptus.

XII. Raptus, ut hic accipitur, est abductio personae invitae de uno loco ad alium, sive ad explendam libidinem, sive ad matrimonium contrahendum. Matrimonium ergo inter raptorem, & raptam nullum est iure Civili. Iustinianus enim, lib. 9. de iur. iur. 13. hanc promulgat legem: Nec sit factus raptus virginitatis, sed ubi parentes voluerint (excepto raptore) eam legitime copulante matrimonio. Quibus Iustinianus heredes declarat nuptias raptae cum raptore, etiam adveniente postea ipsius & parentum consensu, subdit enim: Quoniam nulloque tempore dante a vestra serenitate licentia eis concessione, qui hodie magis in vestra Republica fudent matrimonia sibi conjugere. Item Carolus Magnus, lib. 6. Capitularium, num. 95. sic statuit: Si qua alterius sponsam, virginem, & viduam, necdum desponsatam raperit, vel furatus fuerit; placuit ut sive eam post sepsaverit, sive dotaverit, sive eam parentum eius voluntate, quocumque comarito ipsam acciperet, vel tenere putaret, nunquam illum uxorem habeat.

Nullum etiam fuit iure Ecclesiastico antiquo. Nam Concilium Aquisgranense, quod laudat Gratianus, Causa 36. q. 2. cap. Placuit, ait: Placuit, ut si qui rapiunt feminas, vel furantur, aut seducunt, eas nullatenus habeant uxores, quamvis eis postmodum conveniant, aut eas dotaverint, vel nuptialiter cum consensu parentum suorum acceperint.

At postea iure decretalium raptor contrahere potuit cum raptam, modo e dissentiente fieret consentiens in matrimonio. Ita Cap. Accedens, tit. de Raptoribus &c. ubi Innocentius III. Raptam (inquit) puella contrahat cum raptore, si prior dissentio transierit postmodum in consensum, & quod ante dissentium raptam incipiat complacere: dammodo ad contrahendum legitima sine persona.

XIII. Iure autem novo per Concilium Tridentinum statuto, Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 6. decretum est: Primo: inter raptorem, & raptam, quando ipsa in potestate raptoris manserit, nullum posse subsistere matrimonium. Secundo: si raptam a raptore separata, & in tuto, ac libero loco constituta, illum in viam habere posse. Tertio: nihilominus raptorem eam in uxorem habere posse. Tertio: nihilominus raptorem, ac omnes illi consensum, auxilium, & favorem praestantes ipso iure excommunicatos esse, ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint, de proprio gradu decidere. Quarto: raptorem tunc multari raptam, sive eam uxorem duxerit, sive non duxerit, deceter arbitrio Iudicis dotari. Verba Concilii sunt: Decernit S. Synodus inter raptorem, & raptam, quando ipsa in raptoris potestate manserit, nullum posse subsistere matrimonium. Quod si raptam a raptore separata, & in loco tuto, ac libero, constituta, illum in viam habere

conferentis, eam raptor in uxorem habeat. Et nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consensum, auxilium, & favorem praestantes sine ipso iure excommunicati, perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & si clerici fuerint, de proprio gradu decedant. Tenetur raptorem raptam multari raptorem, sive eam uxorem duxerit, sive non duxerit, deceter arbitrio Iudicis dotari. Quibus Concilium de novo non statuit, raptum esse impedimentum dirimens, & jus decretalium explicat, praestans in modum, quo consensus raptae legitimus sit, & tandem in raptorem, ejusque favores severe animadvertit.

XIV. Non statim tamen ab Ecclesia exordis raptus impedimentum dirimens statutum fuit. Nam Concilia ante quintum saeculum celebrata, ut Chalcedonense, Cap. 17. penam quidem in raptorem mulierum indignae meminim nimirum excommunicationis, sed invalidas nuptias raptoris cum raptam non pronuntiavit. Unde, causa 36. q. 2. cap. Tria legitima afferunt auctoritas Hieronymi conjugium raptam cum raptae accedente voluntate Patris, & accepta a raptore dote quantum pater judicaverit, ratum habentis. Et Ambrosius, in Apologia David cap. 8. Denique (inquit) & puella pater illius, qua vim concubitus nulli desponsata pertulisset, quinquaginta drachmas argenteas accepit; ipsa autem in conjugio permansit. Movebantur autem dicti Patres Legem Deuter. cap. 22. v. 28. si invenit vir puellam virginem, qua non habet sponsam, & apprehendens concubavit eam illa, & res ad iudicium venerit, dabit qui dormivit cum ea patri puella quinquaginta selos argentei, & habebit eam uxorem, quia humiliavit illum, non poterit dimittere eam cunctis diebus vitae suae. Solum ergo a saeculo sexto supradicta Iustiniani lege, & successively octavo saeculo Caroli Magni, approbante Ecclesia in Concilio Aquisgranensi, coepit raptus esse impedimentum dirimens, quod tamen post undecimum saeculum desisse videtur, cum in decretalibus nulla a summis Pontificibus ratio illius habetur, & leges etiam Imperatorum, in usu esse cessant. In Concilio tamen Tridentino, ut vidimus, renovatum fuit, & quoad penas, & quoad nullitatem modo ab eo praescripto.

XV. Quaes: An sit raptus dirimens matrimonium? Primo. Si puella consentiens, sed invito parentibus, abducta fuit. Secundo. Si puella dolo abducta est, non vi, vel metu. Tertio. Si puella violenter abducta est, non matrimonium contrahendi, sed libidinis explende causa. Quarto. Si quis puellam rapuit, non per se, sed per alium. Quinto. Si non vir feminam, sed femina virum rapuit.

XVI. Respondetur. Ad primum, negative. Quia ut ait Lucius III. Cap. Cum causam, tit. de Raptoribus: Iste raptor dicitur non debet, cum habeat mulierem, assensum. Iste raptor dicitur non debet, a quo dicitur non debet. Et quidem si puella non nisi volens abducitur, quantumvis ejus abductio consentia fuerit, ut Causa 27. q. 2. dicitur, libertas non impeditur, cum ut supra dictum est, ad ejus validitatem consensus parentum non requiratur; ergo puella volens abducta, quamvis invito parentibus facta, censeri non potest raptus, de quo jus Ecclesiasticum loquitur, cum loquatur tantum de raptu libertati matrimonium adveniente. Ad secundum, resp. negative. Raptus enim, sine violentia esse non potest, ut patet. Leg. 3. §. Aliter autem, si de Incentio, ubi dicitur: Amovet aliquid omnino sine vi: raptus autem sine vi non potest. Abductio autem puro dolo facta, non censetur facta cum vi, & violentia. Quia tamen dolo, est non sperat vim, minuit tamen libertatem; crederem, in simili casu caute procedendum esse.

Ad tertium, alique negant. Verius tamen alii affirmant. Quia violenta puellae abductio, sive matrimonium, sive libidinis causa fiat, perinde officit libertati matrimonii, adeoque verus est raptus, in sententia Tridentini.

Ad quartum, resp. affirmative. Quia tamen veteris raptor est, qui per alium, quam qui per se ipsum rapit.

Ad quintum, resp. neg. Nam de hoc casu, qui aut nunquam, aut non nisi rarissime contingit, Tridentinum nihil statuerit voluit.

S. III.

De impedimento clandestinitatis.

XVII. Clandestinitas in casu presenti idem est, ac matrimonium factum in occulto, id est non in facie Ecclesiae, seu cum praesentia Parochi, vel alterius de ejus licentia, & duorum saltem testium. De hoc locuti sumus supra, q. 3. sub. 3. ubi S. r. ostendimus, matrimonium clandestinum fuisse semper ab Ecclesia prohibendum, ac proinde illicitum, & S. 2. ab Ecclesia in Tridentino factum fuisse impedimentum dirimens. Quae haec evocanda sunt. Solum pro claritate aliquid proponemus & solvemus quaestio.

XVIII. Quaesitum ergo primo: Quid si aliqui contrahant praesente Parochio, & duobus testibus, sed omissis, absque ordinariis dispensatione, proclamationibus? Respondetur, illicite quidem agere, quia transgrediuntur praecipium Ecclesiae jubentis, ut tria proclamatio procedat: Ac nihilominus matrimonium validum est, quia nihil omittitur ex eis, quae ad contractum matrimoniale tamquam essentialia requirit Synodus, sed solum vult, ut per tria proclamata-tionem facilius dignoscatur, si adde aliquod impedimentum, relinquens quod arbitrio Ordinarii, ut docet, Sess. 24. cap. 1.

XIX. Quaesitum secundo: Quid si in loco, ubi Tridentinum publicatum est, aliqui clandestine contrahant cum ignorantia inculpabili hujus decreti?

Ref.

Respondetur: Quod invalide contrahunt, quamvis non peccent. Ratio est: quia ignorantia inculpabilis excusat quidem a peccato formali; non potest tamen efficere, ut qui inhabilis est, fiat habilis: sicut conjugium in quarto gradu invalide sine dispensatione contrahunt, quamvis inculpabiliter ignorent gradum suum conjugunitatis, vel matrimonium in tali gradu esse nullum.

XX. Quaesitum tertio. Quid si incolae loci, in quo Tridentinum receptum est, clandestine contrahant in loco, in quo non erat receptum?

Respondetur: Quod valide contrahunt, nisi tamen illic se conculerit ad eum finem, ut clandestine contrahat. E contra vero incolae loci, in quo Tridentinum receptum non est, si in loco in quo receptum est clandestine contrahant, invalide contrahunt. Ratio primi est: quia Tridentinum, ut ex Cap. cit. in fine patet, nolit decretum suum vim habere, nisi post publicationem: Decernit insuper, hujusmodi decretum in unaquaque Parochia suam vim post originem diei habere incipiat a die prima publicationis in eadem Parochia facta, numeranda. Igitur qui in loco, ubi non est publicatum, clandestine contrahunt, valide contrahunt, etiam ibi tantum per praesentem commoretur: modo tamen eo non se conculerit in fraudem decreti, alioquin invalide contrahunt, ut a Sac. Congr. Cardin. Trid. Interpretum declaratum esse, scribit Zipzus, lib. 4. Consult. 6. Ratio secundi casus est, Quia contrahentes fortissimum forum loci, in quo contrahunt ex Cap. Litter sit. tit. de foro competenti, atque ita tenentur contrahere secundum leges loci, in quo contrahunt.

XXI. Quaesitum quarto: Quid si quis morti proximus velit ad prolem legitimum ducere concubinum, nec haberi possit Parochus, aut alius sacerdos de Parochia licentia?

Respondetur: Si sit in loco, ubi receptum est Tridentinum decretum, non posse valide contrahere, nisi necessitas animi tollere quidem potest obligationem, sed non inhabilitatem.

tem, quam indicat lex irritans, nisi forte diceretur in tali necessitate, adesse dispensationem sicut in casu necessitatis, adest dispensatio tacita, ut quilibet Sacerdos a quibusvis peccatis, & censuris possit absolvere.

XXII. Quaesitum quinto: Quid de matrimonio Catholicorum clandestine contrahentium in Hollandia, aut aliis locis in quibus olim receptum fuit Tridentinum decretum, quod modo ab haereticis illas provincias, & loca occupantibus rejicitur?

Respondetur: Invalide contrahere, si Catholici praesentem habere possunt Parochum, vel alium de ejus licentia sine gravi violo, vel Parochum, vel qui nullus est, vel qui sic laet, ut nequeat inveniri, vel denique quia sine gravi ipsius, aut contrahentium periculo adiri, aut advocari non potest, tunc credere per esse, ex Ecclesiae dispensatione, Catholicos illic coram duobus, vel tribus testibus contrahentes, valide contrahere. Et hoc referent praefato Zipzo, lib. 4. tit. de Synod. num. 16. Declaravit eadem Sacra Congregatio, Concil. Trid. interpretum.

Quod autem attinet ad regionum illarum haereticos, quamvis aliqui putent eorum matrimonia esse invalida, & metas fornicationis, & ad hoc decretum ejusdem S. Congreg. afferant, anno 1602. 26. Septembris, & confirmatum 4. Augusti 1725. videlicet: Haereticos, quosque ubi Decretum Cap. 1. Sess. 24. de Reform. Matrim. est publicatum, tenori talem formam observare, & propterea insertum talem matrimonium absque forma Concilii, quamvis coram ministro haeretico vel magistratu loci contracta nulla atque irrita esse.

Alii tamen probabiliter censent, illos ex tacita summi Pontificis scientia, nec reclamantis dispensatione, si nihil aliud obstat, valide contrahere; si contrahant coram ministro suo, vel ubi consuetudo est, coram duobus testibus. Et ratio est quia Ecclesia eorum matrimonia non rejicit tanquam illegitima. — His tractatibus de matrimonio, terminum illo-

TRACTATUS XIV. DE STATU ANIMAE POST HANC VITAM.



designeris, Lector humanissime, quod cum Theologi communitur in Tractatu de Sacramento toti Theologico cursui terminum figant, nos illud ad ulteriora protrahamus. Finiunt equidem forsasse ibi quaestiones, quae vulgo in Scholis disputantur: sed non finimus, immo superfluum alia plura viri Theologo scitu digna, quibus ipsum imbutum esse deceat, & ut quaerenti facilius, & neganti obviam ire, ipsiusque ad veritatem possit pertrahere. Neque in hoc notitiam quispian nos arguat, sequimur enim nostrum Angelicum Praeceptorem, qui in Suppl. 3. p. a. g. 69. ex 4. Sent. dist. 45. Et. Quae ergo ibi S. Doct. tradit, nos brevi, ac familiariter modo huc transferemus. Et primo quidem de receptaculis animarum post mortem sermo erit, an dentur, quae & quot sint, aliaque de illis scitu digna percurramus.

QUESTIO I.

De Receptaculis Animarum post Mortem.

Quo animae exire corporibus addicuntur, nec non ubi usque ad universalem resurrectionem, qua singulae sua corpora resument, mansuræ sint, hic agemus.

DUBIUM I.

An dentur pro Animabus Receptacula, & quot sint?

S. I.

Resolvitur Prima Pars.

I. Dico. Animae statim, ac corpore exiuntur ad aliquem locum seu quasi locum secundum meritum, vel demeritum adducuntur. Ita S. Thom. cit. 2. 2. Suppl. art. 1. Et probat. Nam quamvis substantiae spirituales secundum esse suum a corporalibus (qualia sunt loca) non dependant: quia tamen corporalia medianibus spiritalibus a Deo gubernantur, ideo quodam convenientia dignioribus substantiis digniora corpora adaptantur. Cum autem animabus post mortem non assignentur corpora, quorum sint formae, vel determinati motus, oportet, ut eis assignentur loca secundum congruentiam dignitatis. Unde sicut Deo assignatur pro loco, seu quasi loco, dignissimum inter corpora, nempe, Caelum (Psal. 102. & Psal. 66.) Ideo animas quae sunt in participatione perfecta deitatis, in Celoe esse ponimus, quae vero ab hujusmodi participatione plus, minusve decedunt, in locis, quae statim cuiusque sint, proportionata, collocamus. Cum autem animae

spiritualiter illuminatae proportionem quadam metaphoricam cum corporibus luminosis magis conveniant; animae vero obnubilatae, sive obtenebratae per culpam cum corporibus tenebrosis: propterea loca luminosa illis, tenebrosa illis deputantur. Ita S. Thomas ibi ad 2. Unde per hoc (ait ad 2.) Anima separata directè nihil recipit a locis, sed per modum quo corpora recipiunt, quae conservantur a suis locis: sed ipsa anima ex hoc quod cognoscunt, se talibus locis deputari, sui gaudium ingerunt, vel marem; & sic locis coeunt eis in panam, vel primum.

S. II.

Resolvitur Secunda Pars.

II. Dico. Propter quinque status animarum post mortem assignantur eis quinque loca, Paradisus, seu Caelum, Limbus Patrum, Limbus puerorum, Infernus, & Purgatorium. Ita S. Thomas ibi, art. 7. Vel enim, inquit, Anima post mortem, est in statu recipienti finalis primum, vel est in statu, quo impeditur ab illo. Si autem est in statu recipienti finalis primum, hoc est dupliciter. Vel quantum ad bonum; & sic est paradisi. Vel quantum ad malum, & sic ratione actualis culpa, est Infernus, ratione autem originalis est Limbus puerorum. Si autem est in statu, quo impeditur a finali retributione consequenda, vel hoc est propter defectum personae: & sic est Purgatorium, in quo deservitur anima, ne statim primum consequatur propter peccata, quae commiserunt. Vel propter defectum naturae: & sic est Limbus Patrum, in quo deservitur Praesens a consecutione gloriae propter reatum humanae naturae, quae nondum poterat expiari. Haec S. Thomas.

III. Colligitur ex eodem ibi, ad 1. Quod cum bonum contingat uno modo, sed malum multifarie: ideo loca beatae retributionis est unus: loca vero poenarum sunt plura. Colligitur etiam ex eodem, ad 2. statum merendi, & demerendi esse unum statum, cum ejusdem sit posse mereri, & demereri, ideoque omnibus debetur unus locus. Mereri autem, qui recipiunt pro meritis, sunt status diversi: ideoque plura loca debere assignari. Colligitur etiam ibi, ad 3. Quod cum pro culpa originali possit aliquis puniri dupliciter, vel ratione personae, vel ratione naturae tantum; ideo illi culpe respondet duplex limbus.

IV. Oppones, plura quam quinque dicta deberi animabus post mortem loca assignari. Primo. Aer ille caliginosus est Daemonum carcer, ut patet, 2. Petri, qui tamen inter praefata non computatur. — Secundo. Nec computatur paradisi terrenis, in quem tamen Henoc, & Elias translati dicuntur. — Tertio. Ponatur aliquis in originali peccato decedere cum solo veniali, ille in paradiso non esset, nec limbo Patrum, cum gratia caretet. Nec in limbo puerorum, cum in